Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-761511-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-761511-p0002-2

1740, 3
38a
12

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA,

# DE SVPREMA AD DVCEM SAXONIAE QVERFVRTHENSIS APPELLATIONE,

QVAM
SVB NVMINIS DIVINI PRAESIDIO
EX CONSENSV ET AVCTORITATE
INCLYTAE FACVLTATIS IVRIDICAE
IN PERANTIQVA HIERANA,
PRO
IVRIBVS AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS
OBTINENDIS
PLACIDO EXAMINI SVBMITTIT
AVCTOR

IOHANNES ANDREAS KESLERVS,
COSVIGA-ANHALTINVS,
SERENISS. DVC. SAX. QVERF. ET WEISSENFELS. IN CAVSSIS
CAMERAE PROCVRATOR ET REGIM. ADVOCATVS
ORDINARIVS.

IN AVDITORIO IVRIDICO COLLEGII MAIORIS
HORIS CONSVETIS.
*DIE I. DECEMBR. M DCC XL.*

*ERFORDIAE*, Typis HERINGII, Acad. Typogr.

78.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-761511-p0003-7

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,

DOMINO

# IOHANNI ADOLPHO,

DVCI SAXONIAE,

IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE ET WESTPHALIAE, LANDGRAVIO THVRINGIAE, MARGGRAVIO MISNIAE, ET VTRIVSQVE LVSATIAE, COMITI PRINCIPALI DIGNITATE HENNEBERGICO, COMITI MARCAE, RAVENSBERGAE ET BARBYAE, DYNASTAE RAVENSTEINII,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-761511-p0005-8

ORDINIS AQVILAE MAGNAE ET
STI HENRICI MILITARIS
EQVITI,

REGIAE MAIESTATIS POLONIAR. ET
ELECTORIS SAXONIAE GENERALI CAMPI
MARESCALLO, IMPERIALI ET SS. IMPERII
GENERALI REI TORMENTARIAE PRAEFE-
CTO, CHILIARCHAE ELECTORALIS
SAXON. CHILIADOS
PEDESTRIS,

# PRINCIPI AC DOMINO
MEO
# LONGE CLEMENTISSIMO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-761511-p0006-4

VT ET

VIRIS

PERILLVSTRIBVS, ILLVSTRIBVS,
GENEROSISSIMIS, EXCEL-
LENTISSIMIS,

NEC MINVS

VIRIS

PRAENOBILISSIMIS, NOBILISSIMIS,
CONSVLTISSIMIS, AMPLISSIMIS,
PRVDENTISSIMIS,

# DIRECTORIBVS

ET

# STATIBVS

ORDINIS EQVESTRIS
ET CIVITATVM

IN

DVCATV

SAXONIAE QVERFVRTHENSIS

IAM CONVOCATIS ET CONGREGATIS,

PATRONIS SVMMIS
ET FAVTORIBVS

MAXIME COLENDIS,

DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
DE
# SVPREMA AD DVCEM SAXONIAE QVERFVRTHENSIS APPEL-LATIONE,

CVIVS MEDITATIONEM
GRATIOSISSIMA DVCIS CONVOCATIO
ET
OBSEQVIOSISSIMVS STATVVM CONVENTVS
EXCITAVIT,
IN PIETATIS SVBIECTISSIMAE ET OBSER-
VANTIAE DEBITAE
MONVMENTVM OFFERT
ET
SVCCESSVM DIAETAE PROSPERRIMVM
APPRECATVR

AVCTOR
IOHANNES ANDREAS KESLERVS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-761511-p0008-5

IESVS AVXILIVM ΚΡΆΤΙΣΤΟΝ COEPTIS ADSIT.

## DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA DE

# SVPREMA AD DVCEM SAXONIAE QVERFVRTHENSIS APPELLATIONE.

## §. I.

ORdinem tractationis noſtrae ſuppeditabit rubrica ſeu Inſcriptio diſſertationis, ita, vt primo de nomine, origine & conſtitutione Ducatus Saxo-Querfurthenſis pauca praemittantur, deinde ſuprema appellatio in Saxonia Querfurthenſi modusque appellandi deducatur & demonſtretur, cui conſectaria quaedam de admittendis vel reiiciendis remediis ſuſpenſiuis addentur. Methodus enim eſt arbitraria, modo rei non repugnet. a) Non enim res methodo, ſed methodus naturae rerum inſeruiat. b) Equidem thema propoſitum tam ratione dignitatis, quam vtilitatis ſeipſum commendare puto. Attamen venia

*Ordo dicendorum.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-761511-p0009-4

mihi exoranda eſt, ſi contra puritatem ſtyli, qui ob negotia forenſia incultus hactenus remanſit, peccatum fuerit, ſi meliora argumentorum pondera deſiderentur, in quibus imbecillitatem agnoſco, & ſi theſes ex ipſis fontibus undique non probentur, ſed tantum illi auctores, qui ad manus fuere, allegentur. Deus vero optimus ſapientiae & prudentiae auctor mentem & calamum ad verum, iuſtum & pium vnice dirigat!

a) BRVNNEM. *Enchirid. log. Iurid. L. 3. M. 2. C. 5. §. 2. p. 293.*
b) SAVRII *Syſtem. Log. p. 477.*

§. II.

*Dux definitur.*

DVX ex ſtylo & vſu Germaniae eſt Princeps Imperii ab Imperatore & Imperio ducatum recognoſcens. a) Principis nomen ſumitur b) hoc loco non eminenter, prout Imperatori, Regibus & Electoribus ſeu ſtatibus primi ordinis attributus, ſed generice omnem ſtatum ſecundi ordinis c) denotat. Princeps Imperii ex hiſce tribus characteribus cognoſci ſolet, vt ducatum vel principatum cum ſuperioritate territoriali poſſideat, vt in comitiis Imperii vniuerſalibus & circularibus ſeſſionem cum voto conceſſam habeat & ad onera Imperii ratam contribuat. d) Ab Imperatore & Imperio feuda regalia recognoſcuntur, quia Imperator inueſtituram ſuo & Imperii nomine confert. e) Ducatum non facit dignitas poſſeſſionis, nec ducatus dignitatem ducalem confert, ſed axioma Ducis & ducatus vtrinque adeſſe & concedi debet, f) & praecipua coruſcat dignitate, quia ducis titulus aliis dignitatum titulis praeponitur & epiſcopatibus ſeculariſatis in ſignum praecedentiae impoſitus eſt, cum e contrario epiſco-

piſcopatus ſaecularifati in principatus mutati fuere. g) Nec obſtat Comites Palatinos & Marchiones Brandenburgicos, item Principes Anhaltinos characterem ducalem poſtponere ſolere; ſiquidem dignitas Electoralis Palatinatui & Marchionatui Brandenburgico adhaeret, vterque Elector & agnati ob ſimultaneam Electoratus inueſtituram titulum originarium iure praemittunt, Principes Anhaltini vero ob praetenſionem in ducatum Saxoniae Lauenburgicae ducem Saxoniae poſt titulum Principis Anhaltini auitum inſeruere. h)

a) SCHWEDER. *Introduct. in Ius Publ. P. ſpec. S. 2. c. 7. §. 10.* HORN. *Iur. Publ. Prud. c. 38. §. 2.*

b) RHET. *Inſtitut. Iur. Publ. lib. 1. Tit. 17. §. 10.*

c) OTTONIS *Notit. Rerum Publ. c. 1. §. 33. & 34.* BRVNNEM. *Exam. Iur. Publ. l. 3. c. 1. qu. 4. Aliter* COCCEIVS *Iur. Publ. Prud. c. 15. §. 14. & 30. diſtingit.*

d) *Id.* OTTO *l. c. §. 33.* SCHWEDERI *Introd. in Ius Publ. P. ſpec. S. 2. c. 7. §. 2. Diſſent.* COCCEIVS *d. Charact. Stat. Imp. c. 2.*

e) SCHWEDER. *P. ſpec. S. 1. c. 9. §. 5. Addat. Inueſt. Elect. & Duc. Saxon. ap.* MÜLLER. *in Annal. ad Annum 1687. p. 562.*

f) REINKING. *d. Reg. Saec. l. 1. claſſ. 4. c. 12.* HORN. *Iur. Publ. Prud. c. 22. §. 10.*

g) *Inſtrum. Pac. Art. X. §. 7. 9. Art. XI. §. 11.* RHET. *Inſt. Iur. Publ. L. 1. Tit. 17. §. 1.* COCCEII *Iur. Publ. Prud. c. 15. §. 14. & 27.*

h) *Sic Duces Sabaudiae, nunc Reges Sardiniae titulum Regis Cretenſis & Duces Lotharingiae nomen Regis Hieroſolymarum quondam poſtpoſuere.*

## §. III.

Saxoniae ducatus inter quatuor Germaniae ducatus iam Carolingorum temporibus floruit & ducum ampliſſimam in ſubiectos poteſtatem agnouit a) ex quibus Otto Saxoniae Dux eiusque poſteri Imperatores *Saxoniae ſtatus.*

Saxonicae ſtirpis inclaruere. b) Saxonia olim ampliſſimas Germaniae prouincias ſub ſe comprehendebat & in Nord-Albingiam, Oſtphaliam & Weſtphaliam diuidebatur. c) Non tamen Duces Saxoniae aequali terrarum amplitudine vsque gauiſi ſunt. Poſt Duces Saxoniae Billungos Ao. 1106. extinctos Lotharius Comes in Supplinburg & Dynaſta in Querfurth d) ducatum Saxoniae cum dignitate ducali acquiſiuit & Imperator factus ducatum Saxoniae, prout illum conquiſiuerat, in Henricum Strenuum, Ducem Bauariae Ao. 1136. transtulit, e) cuius filius Henricus Leo Saxoniam verſus Septentrionem dilatauit. f) Aſt vero Henrico Leone in bannum Imperii declarato magnus ille Saxoniae ducatus maximopere imminutus fuit. Etenim tractus quidem terrarum brunſuicenſium & lunaeburgenſium Henrico Leoni in feudum ducatus novi relinquebatur, verum Angariam & Weſtphaliam Elector Colonienſis ſibi vindicauit & Bernhardus Aſcanienſis, Dux Saxoniae & Archi-Marſchallus Imperii creatus, terras circuli ſaxonici & lauenburgicas obtinuit, g) cui poſthaec comitatus brenenſis & burggraviatus magdeburgenſis h) item Palatinatus Saxonicus i) acceſſere. Sed diuiſiones k) inter Albertum I. Ducem & Electorem Saxoniae & Henricum, Principum Anhaltinorum ſatorem, filios Bernhardi, deinde inter Albertum II. Ducem & Electorem, & Iohannem I. Ducem Saxoniae Lauenburgicae nimiopere imminuere vires Electorum Aſcanienſium. Linea vero in Alberto III. deficiente, Ericus V. Dux Saxoniae Lauenburgicae l) ob neglectum inueſtiturae ſimultaneae, ab Electoratu

exclu-

excluſus fruſtra reclamabat & dignitas Electoris & Ducis Saxoniae cum omnibus iuribus & regalibus Friderico Bellicoſo Landgrauio Thuringiae & Marchioni Miſniae, ob inſignia in Imperatorem & Imperium merita concedebatur m) cuius proſapia Regio-Electoralis & Ducalis ad haec usque tempora floruit & diuina fauente clementia in ſaecula florebit!

a) CONRING *d. Ducib. & Comit. §. 19. d. Germ. Imp. Iudic.* §. 88. COCCEII *de fundata in Territ. Poteſt tit. 1. §. 3. Id. de Orig. Terrar. c. 18. §. 30. & paſſim.*

b) CONRING *l. c.* BVRGHOLD. *Notit. Rer. Imp. R. G. P. 1. diſc. 20. Membr. 2. §. 16.* LANGGVT *ad* COCCEII *Iur. Publ. Prud. c. 3. §. 36. n. 3.*

c) Köhlers Anleitung zu der alten und neuen *Geographie c. XI. §. 6.*

d) BRVNNII *Trias Elector. p. 127.* Köhlers teutſche Reichs-Hiſtorie, *p. 151.*

e) *Id.* Köhler *l. c. p. 162. & 176.*

f) BRVNN. *in Triade Elect. p. 157.*

g) Sächſiſche Merckwürdigkeiten *l. 2. cl. 4. c. 2. §. 3. p. 212. & cl. 5. c. 2. p. 219.*

h) *Id auth. cl. 5. c. 5. §. 1. & 2. p. 225.*

i) CONRING. *d. Germ. Imp. Iud. §. 91. d.* HEIDENREICH in Entwurff der Pfaltzgrafen zu Sachſen *c. 9.* COCCEII *Iur. Publ. Prud. c. 15. §. 17. 18. 21.*

k) LANGGVT *in Animaduerſ. ad* COCC. *§. 17. n. 4.* SPENERI *Syllog. Geneal. in ſciagr. Aſcan. p. 812.* Sächſiſche Merckwürdigkeiten *l. c. p. 220. & 221.*

l) *Terras Lauenburgicas, poſt Duces extinctos praetendunt Duces Brunſuicenſes Iure poſtliminii, proſcriptionem Henrici Leonis impugnantes, Principes Anhaltini ex Iure agnationis, & Elector & Duces Saxoniae ex Iura expectativae & pacti ſucceſſorii.* Europäiſcher Herold *P. 1. p. 511. 514. 533. 544.*

m) *vid.*

m) *vid. omnino* Europäiſcher Herold *P.* 1. *p.* 234. COCCEII *Iur. Publ. Prud. c.* 3. *§.* 41-47. LANGGVT *ad eund.*

§. IV.

Querfurth, *Saxoniæ ditio,*

Querfurth in rubrica non ad nudam ab aliis Ducibus Saxoniae diſtinctionem additur, quorſum nomen reſidentiae ſufficeret, quin potius ſuprematum Ducis in perantiqua Dynaſtia Querfurthenſi atque praefecturis locisque huic innexis & adiunctis denotat; cauſam vero inueſtiganti, quare Querfurth in titulo Ducis Sereniſſimi omittatur? ratio haec ex praecedenti diſcurſu ſuccurrit, quod Dynaſtia Querfurthenſis ad Ducatum Saxoniae, ab vltima eius origine quondam pertinuit & Lothario Saxoni Querfurthenſi paruit; Deinceps Dynaſtae Querfurthenſes iam fuere Electorum & Ducum Saxoniae ex familia Aſcanienſi vaſalli a) & inter vaſallos Electoris & Ducum Saxoniae ex linea miſenenſi recenſentur, b) quibus extinctis Albertus Dux Saxoniae feuda vacantia occupauit, c) Dynaſtia igitur Querfurthenſis in ditionem Saxonicam rediit & ſub Ducatu Saxonico comprehenditur. Ex quo porro ſequitur nomen Ducatus Saxoniae Querfurthenſis huic principatui magis conuenire & ita optimo iure denominari, quia ditio haec pars ducatus ſaxonici quondam fuit, Ducique Saxoniae paret. Proinde poſito Duce Saxo-Querfurthenſi, ſeu ſubiecto denominato, quod hactenus demonſtratum, neceſſario ponitur Ducatus Saxo-Querfurthenſis ſeu forma denominans. d) Cognominatio vero Principatus Saxo-Querfurthenſis contradictionem implicat, non enim habemus principes, ſed duces Saxoniae & Principatus Quer-

Querfurthenſis ſi ſtatueretur, titulo ducis inſerendus eſſet.

a) *d.* HEIDENREICH in Entwurff der Hiſtorie der Pfaltzgrafen zu Sachſen *c. 9. p. 234.*

b) *Diuiſio terrarum inter Fridericum Placidum Elect. & Wilhelmum Duces Saxon.* in Müllers *Annal. p. 24. item inter Erneſtum Electorem & Albertum Duces Saxoniae facta ap.* GLAFEY im Kern der Geſchichte des Chur- und Fürſtlichen Hauſes zu Sachſen *p. 988.*

c) BRVNNIVS *in Triade Elect. p. 312.* MÜLLER *in Annal. ad Annum 1496. p. 57.*

d) *Huc quadrat regula nouiorum Philoſophorum: quodſi quaedam per ſe inuicem determinantur & vnum eorum ſit, etiam alterum eſſe debet.* WOLFFII *Philoſ. prima §. 120.*

§. V.

Quod vero originem ducatus Saxoniae Querfurthenſis attinet, glorioſiſſimus Iohannes Georgius I. Elector & Dux Saxoniae, ob auitam & congenitam erga Imperatores auſtriacos a) deuotionem coronam bohemiae turbulentae oblatam reſpuit & poſt cladem pragenſem anno 1620. Bohemiam cum terris aſſociatis ſub ſceptrum auſtriacum redegit, b) in cuius compenſationem Marchionatus vtriusque Luſatiae oppignorabatur. Sed sereniſſimus Saxo aegre accepit, quod Imperator poſt grauiſſimam bohemorum executionem anno 1621. peractam, Auguſtum poſtulatum coadiutorem archiepiſcopatus magdeburgenſis & poſtmodum anno 1628. poſtulatum Archi-Epiſcopum refellere & filium ſuum Leopoldum Wilhelmum, Archiducem Auſtriae, in locum Auguſti ſubſtituere, nec minus edictum de bonis eccleſiaſticis reſtitutorium anno 1629. executioni mandare intenderet, cui accedebat

*Origo ducatus Saxoniae Querf.*

luctuoſiſſima ciuitatis magdeburgenſis exciſio & deletio d. 10. Maii anno 1631. ſubſecuta. Quo facto Elector Saxoniae Guſtauo Adolpho Suecorum Regi ſe conſociauit copias imperatorias d. 7. Sept. 1631. iuxta Lipſiam profligauit, quam victoriam altera victoria prope Luzen Guſtauo Adolpho infeliciter peremto ſub inſtructione heroica Bernhardi ducis Saxo-Vinarienſis d. 9. Nou. 1632. ſecuta eſt. Rediit vero perantiqua Electoris deuotio erga Auſtriacos, quam pollicitationes Caeſaris & aemulatio Suecorum reuocauerat, vt pacem pragenſem cum Imperatore 1635. iniret, in qua Auguſtus, Dux Saxoniae, electus Primas & adminiſtrator archi Epiſcopatus magdeburgenſis ſtabiliebatur & Electori Saxoniae quatuor praefecturae & ciuitates **Querfurth, Jüterbock, Dahme** & **Burg** archiepiſcopatui magdeburgenſi exemtae, in compenſationem impenſarum cum marchionatu utriusque Luſatiae huc vsque oppignorato c) iure hereditario appropriabantur d) quod tamen quidam exiguam nominant meritorum impenſarumque remunerationem. d)

*ex pace pragenſi.*

a) SCHVRZFLEISCH *d. Friderico I. El. Sax. §. XVII. & XIIX.*

b) *Dure haec perſtringit* ARNOLD. in der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie *P. 2. L. 17. c. 1. §. 15. & 19. p. 412.*

c) Prageriſche Friedens-Schluß den *30. Maii 1635. apud* ANDLER. *in Corp. conſtitut. Imperial. p. 1032. vbi:* Das Ertz-Stifft Magdeburg betreffend, iſt es um des lieben Friedens willen dahin gelanget, daß Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen freundlicher geliebter Sohn, Hertzog Auguſt zu Sachſen, Jülich, Cleve und Berg, Fürſtl. Gnaden, daſſelbige auf ihre Lebe-Tage innen haben und genieſſen mögen, Und ſollen Seine Fürſtl. Gn. darinnen nicht perturbirt und gehindert werden. Porro; Wegen der vier reſpective

ue Herrſchafften und Aemter Querfurth, Jüterbock, Dame und Borck iſt es um des lieben Friedens willen auch dahin gelangt, daß der Herr Churfürſt ſolche zu ſeiner beſſern Contentirung und Beruhigung einnehmen, und vom Ertz-Stifft Magdeburg zu Lehen recognoſciren, auch ſo lang behalten und genieſſen möchte, bis ſie mit Sr. Churfürſtl. Durchl. guten Belieben und Willen per aequipollens wieder ausgewechſelt würden; Jedoch dem Reich und Niedern-Sächſiſ. Crayß in den Reichs- und Crayß-Steuern und andern gemeinen Anlagen unabbrüchig. Denn ſolche Ihre Churfürſtl. Durchl. proportionabiliter zu tragen ſchuldig. Wie auch deswegen Sr. Churfürſtl. Durchl. von dem Thum-Capitul und Landſchafft eine ſchrifftliche Erklärung zu ertheilen und von Sr. Churfürſtl. Durchl. mit eheſten würcklich zu erheben. Und ſollen Se. Churfürſtl. Durchl. ermeldter Aemter halber nicht angefochten werden.

d) *Receſſ. Tradit. ap.* GLAFEY *p.* 1265.

e) Sächſ. Merckwürdigkeiten im Leben *Ioh. Georgii I. L.* 3. *P.* 2. *cl.* 2. *Sect.* 2. *c.* 5. *§.* 8. 9. 11. 12. *&* 14. *p.* 893. *& ſeq.*

§. VI.

Non obſtante pace pragenſi bellum in Germania magis recruduit & praeſertim terras ſaxonicas afflixit, cum diuus Iohannes Georgius I. Elector a partibus Caeſaris contra Suecos ſtaret. In pace weſtphalica vero res & intereſſe Electoris & Ducum Saxoniae non multum urgebantur & a ſuecicis partibus impediebantur a) ita, ut Elector Saxoniae nihil reportaret, quam quod pax pragenſis ipſi iam conceſſerat ſcilicet vt domino adminiſtratori Auguſto, Duci Saxoniae, archiepiſcopatus magdeburgenſis ad dies vitae relinqueretur & quatuor dynaſtiae & praefecturae Querfurth, Jüterbock, Dahme & Burgk, iam olim traditae *ex pace weſtphalica.*

in ditione Electoris Saxonici permanerent in perpetuum reſeruatis circulo Saxoniae inferioris collectis. b)

a) *Cauſſa Iuliacenſis ſucceſſionis, quam ad totam domum Electoris & Ducum Saxoniae ſpectare, omnes bene cordati ſaxones defendunt, ordinario proceſſui, vel amicabili compoſitioni relinquebatur. Inſtrum. Pac. Art. 4. §. 17.* Europ. Herold *P. 1. p. 248.*

b) *Inſtrum. Pacis Art. XI. §. 9. vbi verba: Ceterum quod ad quatuor dynaſtias ſeu praefecturas* Querfurth, Jüterbock, Dahme *&* Burg *attinet cum illae iam olim Electori Saxoniae traditae ſint, in eiusdem quoque ditione permaneant in perpetuum, cum hac tamen reſeruatione, vt quae hactenus ratione earundem ad collectas Imperii & circuli contributa fuit quota, a dicto domino Electore Saxoniae inpoſterum exſoluatur eaque archiepiſcopatui dematur & huius rei ratione expreſſa fiat prouiſio in matricula Imperii & circuli.*

## §. VII.

***Conſtitutio ex prouiſione & pactis domus.***

Idem diuus Iohannes Georgius I. Elector Saxoniae, qui terras ſuas inſigniter auxerat, a) in teſtamento more maiorum condito, Auguſto adminiſtratori archiepiſcopatus magdeburgenſis, loco epiſcopatus miſenenſis & wurzenſis, quatuor exemtas reſpectiue dynaſtias praefecturas & ciuitates **Querfurth, Jüterbock, Dahme und Burg** aliasque terras deputauit, ita, vt ſereniſſimi fratres quoad formam regiminis futuri inter ſe amice & fraterne conuenirent. b) In transactione ſubſecuta dynaſtia querfurthenſis, **Jüterbock, Dahme** & **Burg** electorali regimini & ſupremo conſiſtorio ob conditionem terrarum ſpecialem, hactenus ſubfuerant, nunc vi transactionis fraternae conſiſtorio lipſienſi in eccleſiaſticis ſubeſſe debebant. c) Alia vero

ro transactio inter Iohannem Georgium II. Electorem & Auguſtum adminiſtratorem magdeburgenſem, Duces Saxoniae ſub dato Leipzig d. 17. Febr. 1663. d) inſecuta eſt, in qua Iohannes Georgius II. Elector non ſolum omni ſuperioritate in quatuor exemtas dynaſtias praefecturas & ciuitates Querfurth, Jüterbock, Dahme & Burg cum dynaſtia Heldrungen ſe abdicauit, ſed etiam praefecturas Wendelſtein & clauſtrum Sittichenbach electoralibus ſteurarum praeſtationibus, iam adſcriptas adiunxit, ita, vt Auguſtus illas dynaſtias & praefecturas vt principatum Imperii in poſterum poſſideret & ſeſſionem cum voto ſub proclamate: Sachſen-Querfurth ſibi acquireret, cui deſiderio Imperator gratioſiſſime annuit & per commiſſarium principalem decretum in comitiis ad dictaturam retulit, vt adminiſtrator Auguſtus, Dux Saxoniae, ſub nomine: Sachſen-Querfurth, cum voto & ſeſſione admitteretur & cum Ducibus Saxoniae ex linea erneſtina alternaret, introductio autem proxime fieri deberet. d) Seſſionem quidem alternatiuam in conuentu circuli ſaxonici ſuperioris d. 17. Iun. An. 1664. occupauit adminiſtratoris legatus D. Ioh. Chriſtoph. Herold id quod in ſequentibus conuentibus, alternatione obſeruata, pluries factum e), ſed introductio in collegium Principum in comitiis in hunc usque diem remorata eſt.

a) Sächſiſche Merckwürdigkeiten im Leben Joh. Georg *I. p. 927.*

b) *Teſtament Iob. Georg. I. ap.* GLAFEY *p. 1303. & 1309.*

c) Freund-Brüderlicher Haupt-Vergleich *ap.* GLAFEY *de An. 1657. p. 1341.*

d) *verba Receſſus d. An. 1663. ſic ſe habent.*

*§. II.* Dahingegen Ihro Churfürſtl. Durchlaucht zu Sachſen, zu einer freund-brüderlichen Gegen-Bezeugung, Dero vermöge freund-brüderlichen Vergleichs, zukommenden Superiorität und Reſeruaten in denen vier Magdeburgiſchen eximirten Aemtern und Städten, Querfurth, Jüterbock, Dahma und Burg, wie auch denen dreyen Aemtern Heldrungen, Sittichenbach und Wendelſtein, ſamt denen darinnen befindlichen Dorffſchafften, ſich begeben, und des Herrn Adminiſtratoris Fürſtl. Durchlaucht dieſelbe freund-brüderlich überlaſſen, jedoch, daß in bemeldten dreyen Aemtern und Zugehörungen, die Churfürſtliche Sächſiſche allgemeine Landes- und Gerichts-Ordnung, mit Vorbehalt Ihrer Fürſtl. Durchlaucht dieſen nicht zuwider lauffenden künfftigen Particulair-Ordnungen erhalten, dieſelben auch mit Steuer und Landes-Verwilligung, wo dieſelbe hergebracht, bey dem Corpore der ſämtlichen Lande gelaſſen, und in keine Bündniß, Kriege oder Aſſiſtenz der Röm. Kayſerl. Majeſtät und dem Reich, inſonderheit aber dem Churfürſtl. Haus Sachſen zuwider und zu Schaden gezogen, noch einige fremde Werbungen, Sammel- und Muſter-Plätze oder Einquartirung alldar angeſtellet und verſtattet werden.

*§. III.* Ingleichen wollen Ihro Churfürſtl. Durchlaucht bey der Röm. Kayſerl. Majeſtät, auch Churfürſten, Fürſten und Ständen des Reichs, nebſt des Herrn Adminiſtratoris Fürſtl. Durchlaucht, mit allen Fleiß ſich dahin bearbeiten laſſen, daß des Herrn Adminiſtratoris Fürſtl. Durchlaucht vor ſich und ihre Nachkommen Votum und Seſſionem auf Reichs- auch Ober-Sächſiſchen Creyß-Probation- und Valvation-Tägen unter den Namen und Aufruff: Sachſen-Querfurth dergeſtalt erlangen mögen, daß einen Tag Sachſen-Querfurth, den andern aber die Fürſtl. Sächſiſchen Häuſer, Altenburg, Coburg, Weymar, Gotha und Eiſenach vorſitzen und vorſtimmen. Und haben vor höchſtgedachte Ihre Churfürſtl. Durchlaucht zu

Er-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-761511-p0020-2

Erleichterung wegen ſolches Voti nothdürfftiger Landſchafft Speſen bewilliget, daß des Herrn Adminiſtratoris Fürſtl. Durchlaucht von demjenigen Nachſchuß, welche ſonſten Seiner Fürſtl. Durchlaucht Cammer, vermöge freund-brüderlichen Haupt-Vergleichs zu allgemeinen Geſandſchafft beytragen müſſen, hinführo gäntzlich befreyet seyn ſollen, ꝛc. ꝛc.

e) MÜLLER *in Annal. ad A. 1663. p. 455. & paſſim.*

§. VIII.

*Ex transactione cum Friderico Wilh. Elect. Brand. inita & inueſtitura caeſarea.*

Poſt obitum Iohannis Georgii II. Electoris & Auguſti adminiſtratoris, ducum Saxoniae receſſus elucidationis ius ſuperioritatis reſignatum in dynaſtiam praefecturas & ciuitates Querfurth, Jüterbock, Dahme und Burg, nec non in dynaſtiam Heldrungen & praefecturas Wendelſtein und Sittichenbach formamque & ſtatum peculiaris principatus confirmauit. a) Quia vero nexus feudalis in pace pragenſi archiepiſcopatui magdeburgenſi reſeruatus adhuc obſtabat, cuius in pace osnabrugenſi nulla mentio facta erat, transactum eſt inter Fridericum Wilhelmum Electorem Brandeburgenſem & Ducem Magdeburgenſem ac Iohannem Adolphum Ducem Saxoniae annuente Caeſare Auguſto & Electore Saxoniae, ita, vt Elector Brandenburgenſis praetenſum dominium directum in dynaſtiam praefecturas & ciuitates Querfurth, Jüterbock und Dahme remitteret & omnem operam pro voto & ſeſſione ſaxo-querfurthenſi ſtipularetur, contra Iohannes Adolphus, Dux Saxoniae, ciuitatem Burg ducatui magdeburgenſi redderet. b) Omnibus remotis obſtaculis Iohannes Adolphus primam inueſtituram ſuper ducatu ſaxoniae querfurthenſis coram throno caeſareo

An.

An. 1688. per legatum dominum de Loſs accepit & ſimultanea inueſtitura ad Duces Erneſtinae Lineae extenſa eſt. c) Iohanni Adolpho ſucceſſit in regimine filius primogenitus Iohannes Georgius An. 1697. cuius minorennitatem Fridericus Auguſtus Rex & Elector veniam aetatis indulgendo ſuſtulit. d) Chriſtianus fratre emortuo An. 1712. regimen adeptus publico in Deum cultu & benefica in clericos indulgentia, nulli ſecundus iubilaea reformationis An. 1717. & Auguſtanae Confeſſionis 1730. tantis ſolemnibus celebrauit, quantis non alibi factum. Poſt huius obitum an. 1736. inſecutum, omnis Germania miratur Iohannem Adolphum, Heroem armis condecoratum legibus nunc armatum, quem Deus optimus in ſenos annos ſuperſtitem conſeruet & ex sereniſſima Friderica Principe foecundiſſima proſapia maſcula exhilaret duratura!

a) *Elucidations-Receſſ ſub dato* 12. *Sept.* 1681. §. 2. *ap.* GLAFEY *p.* 1370.

b) *Extractum Receſſus exhibet* MÜLLER *in Annal. ad An.* 1687. *p.* 558.

c) MÜLLER *in Annal. ad A.* 1688. *p.* 579.

d) *Id. ad A.* 1698. *p.* 659.

## §. IX.

*Ducatus S. Q. diuiſio.* Conſtat autem ducatus ſaxoniae querfurthenſis ex duobus circulis querfurthenſi & iüterboccenſi, ad cuius priorem circulum ſpectat dynaſtia & ciuitas **Querfurth** & dynaſtia **Heldrungen**, vbi fortalitium exiſtit celebre, ex quibus dynaſtiis nobiles vaſalli & ſenatus querfurthenſis ad diaetam prouincialem conſcribuntur, ad poſteriorem pertinent praefecturae & ciui-

ciuitates Jüterbock & Dahme ex quibus nobiles vaſalli & ſenatus vtriusque ciuitatis itidem ad diaetam conſcribuntur, vt ſuper poſtulatis ducis deliberent. Diaetae vero ſenis annis fieri ſolent & iam iam habentur, quibus votum pro felici ſucceſſu addo deuotum. Praefecturae Wendelſtein & Sittichenbach a) pertinent quidem ad ducatum ſaxoniae querfurthenſis, quoad iura territorialia, ſed onera ſteurarum ad aerarium electorale, ad quod antea contulerunt, adhuc contribuere tenentur. b)

a) *Hanc praefecturam ad domum Alſtede & palatinatum ſaxoniae quondam pertinuiſſe, laudum teſtatur ap. D.* HEIDENREICH in der Hiſtorie der Pfaltzgrafen zu Sachſen *p. 218.*

b) *Receſſus ad §. 7. alleg. de An. 1663.*

§. X.

SVPREMA APPELLATIO, quae in rubrica diſſertationis ſequitur, duo ſub ſe comprehendit themata, quod appellatio in genere â iudiciis inferioribus ad ducem ſaxoniae querfurthenſis, deinde ſuprema appellatio ad eundem deducenda ſit. Appellatio namque eſt remedium iuris ordinarium, quo ſuperior aduerſus grauamen iudicis inferioris inuocatur, *L. 1. π. d. appell. L. 29. C. eod.* ſuperioritas vero territorialis, maieſtati aemula, omnia iura ſublimia in genere & vniuerſalem iuris dicendi poteſtatem complectitur & iurisdictio iudicis inferioris ſiue ſit adminiſtratoria, ſiue patermonialis a principe per conceſſionem expreſſam vel tacitam fluit & per appellationem refluit. Quapropter neceſſitas appellandi ad ducem ſaxoniae querfurth. & ius re- *Suprema appellatio duci S. Q. aſſeritur.*

 cipiendi

cipiendi appellationem eidem duci, vi ſuperioritatis territorialis per ſe competit. a) Suprema vero appellatio, quae *vltima* & *extrema* dici ſolet, vlteriorem prouocationem excludit & ius de non appellando includit, ſunt enim relata, & *ſuprema appellatio* ad litigantes & *ius de non appellando* ad principem refertur. Equidem ſereniſſimus Elector & duces ſaxoniae ius de non appellando excelſiſſimum, quod in aurea bulla Caroli IV. *tit. XI.* fundatum, quouis & immemoriali tempore exercuiſſe, ex ordinatione prouinciali Wilhelmi III. b) & Iohannis Friderici II. Ioh. Wilhelmi & Ioh. Friderici III. fratrum & ducum ſaxoniae, c) immo ex ipſo priuilegio Ferdinandino d) claret, de quo priuilegio iuſto plures extant tractatus, e) ex quibus rationes & cauſſas mouentes repetere ſuperſedeo. Hoc vero iam erit demonſtrandum, ius de non appellando duci ſaxoniae querfurthenſis omnino competere ad eumque in terris querfurthenſibus ſummo iure extenſum eſſe.

a) SLEVOGT. *d. iure recipiendi prouocationes ex ſuperior. territ. oriundo. c. 2. §. 6. 7. 8.*

b) *Verba ordinationes Wilhelmi III.* wåre es nun, daß jemand, wer der wåre, in unſern Landen, Herrſchafften und Gebieten wohnhafftig, nicht genůgen laſſen, ſondern davon beruffen, oder ſonſt auslåndiſche Gerichte wieder die unſern ſuchen wůrde, derſelbe ſoll von Stund an als ein Aechter des Landes gehalten werden, und er ſoll nimmermehr in unſere Lande kommen, ſondern die ewiglich råumen. *ap.* HERTEL. *de priuil. Saxon. de non appellando ad terras Miſnicas, Thuring. & Franc. extendendo. c. 2. §. 6.*

c) *Ordinatio prouinc. de dato* Weimar 1556. am Sonntage *Iudica Tit. 12.* Wåre es auch Sach, das ſich jemands, wer der wåre, in unſern Landen, Herrſchafften und Gebieten geſeſſen,

ſeſſen, an den andern ordentlichen Gerichten in unſern Landen nicht würde begnügen laſſen, ſondern davon beruffen und appelliren, oder ſonſten ausländiſche Gerichte, wieder die unſern, zuwieder der löblichen und im Haus zu Sachſen wohl hergebrachten Freyheit und Gewohnheit ſuchen, derſelbe ſoll ſeiner Lehn- und Erb-Güther verluſtig ſeyn, oder in Mangel derſelben am Leibe geſtrafft werden.

d) *Priuilegium* FERDINANDI I. *Imperatoris, de non appellando electori & ducibus ſaxoniae conceſſum de dato* Augſpurg am 2ten May 1559. *exhibet* LIMNAEVS *in iure publ. l. 3. c. 10. n. 41.*

§. XI.

Primo: diuus Iohannes Georgius I. elector ſaxoniae, qui terras querfurthenſes primus acquiſiuit, ius de non appellando illimitatum, in omnibus etiam nouiter acquiſitis terris, vi aureae bullae & priuilegii Ferdinandini, absque vllius contradictione pleniſſime habuit a) & in ſucceſſores terrarum tranſtulit, quia beneficium principis ratione concedentis latiſſime extenditur *L. 3. ff. d. conſtit. princ.* & in heredes & ſucceſſores tranſit. *L. 196. ff. d. R. I.* Deinde Iohannes Georgius II. elector ſaxoniae omne ius ſuperioritatis, quod in terras querfurthenſes habuit vel habere potuit, in adminiſtratorem Auguſtum devoluit; b) proinde hicce dux ſaxoniae, ſub priuilegio Ferdinandino comprehenſus, cum iure ſuperioritatis, etiam ius de non appellando libere & iuſte exercuit, praeſertim quia terrae querfurthenſes ad terras ſaxoniae quondam pertinuere, quod ſupra §. 4. demonſtratum, & per pacem weſtphalicam in ditionem ſaxonicam rediere. c) *Rationes.*

a) CARPZOV *d. l. regia c. 9. Sect. 4.* COCCEII *iuris publ. prudentia c. 14. §. 13.* HERTEL *d. priuil. ſaxon. de non appell.*

*pell. ad terras miſn. thuring. & francon. extend. c. 3. §. 4. 6. & paſſim.*

b) *vid. receſſus ſupra ad §. 7. exhibitus.*

c) *Receſſus* IOH. GEORG II. *electoris & Auguſti adminiſtratoris ſub dato* Augſpurg *d. 22. April. 1657. ubi:* doch bleiben ſolche vier benannte Oerter, vermöge des *inſtrumenti pacis, in ditione ſaxonica.*

§. XII.

*Conuentio cum ſtatibus & cognitionis ſufficientia.*

Acceſſit huic exercitio iuris ſummi de non appellando, in priuilegio Ferdinandino, iam fundati expreſſus ſtatuum prouincialium conſenſus. a) Sereniſſimus namque Iohannes Adolphus omne dubium, quod ratione appellationis moueri poterat, per ſpeciales commiſſarios & prouincialium deputatos, remouit, & pactionem ſub dato 3. Sept. 1681. confecit, peculiare iudicium appellationis conſtituit, & haec omnia per receſſum prouincialem de an. 1682. confirmauit. Denique quadrant requiſita in priuilegio Ferdinandino recenſita optime ad terras querfurthenſes, in quibus litigantes â iudice primae inſtantiae poſt leuterationem conceſſam ad regimen ducale & à regimine ad sereniſſimum ipſum ſeu iudicium appellationis prouocare & utrobique leuterationem usque dum conformes ſequantur ſententiae interponere queunt.

a) HERT. *de ſuperiorit. territor. §. 30. Vol. I. T. II. p. 266. & 267. ubi in fine refert miniſtrorum caeſareorum reſponſum notabile legato electori brandenburg. datum: ſatius eſſe, ab eo ordines prouinciales perſuaderi, vt vltro beneficio appellationis renuncient.*

b) Land-Tags Abſchied vom 25ten Januar. 1682. *in verbis:* Alldieweil auch hiernechſt dasjenige, ſo des Appellations-Puncts halber zeithero noch zweiffelhafftig geweſen, vollends

lends gäntzlich abgethan und geſchlichtet, auch der zwiſchen unſern Commiſſariis und denen Landſchafftl. gevollmächtigten Deputirten am 3. Sept. vorigen 1681. Jahres entworffene Receſs von ihnen nunmehro vollzogen, und die zum Appellation-Gerichte gehörige Aſſeſſores, Secretarii, Copiſte und Bothe geſtrigen Tages bereits verpflichtet worden; So wollen wir ermeldten Receſs hiermit aus Landes-herrlicher Macht und Gewalt genädiglich confirmiret, und ſämtliche Stände und eingeſeſſene Unterthanen unſers Fürſtenthums darauf, als auf ein unzweiffentl. Prouincial-Geſetz und ſie zu deſſen eigentlicher und gehorſamer Beobachtung angewieſen haben.

*Item* Cantzley-Ordnung IOH. ADOLPHI, Ducis Saxon. de dato Schloß neu Auguſtusburg zu Weiſſenfelß, den 25ten Febr. 1686. *tit.* 7. *in verbis*: Bey denen Appellationen ſo aus unſern Fürſtenthum Sachſen-Querfurth erhoben werden, haben unſere Cantzlar und Räthe nach deme ſo bey Aufrichtung unſers Appellation-Gerichts in beſagten Fürſtenthum mit der getreuen Landſchafft auf ihren, der Cantzlar und Räthe eröffneten Rathſchlag, beliebet und beſchloſſen, und verreceſſiret worden, ſich jedesmahl gehorſamlich zu halten, auch bey allen Appellationibus unſer dießfalls habendes Priuilegium de non appellando beſtermaſſen zu beobachten.

§. XIII.

Sed primo obſtat ius de non appellando in praeiudicium caeſareae maieſtatis, cui ius extremae prouocationis in germania reſeruatum eſt, nec cedi a) proinde nec pactum electoris Iohannis Georgii II. & Auguſti adminiſtratoris ſupra relatum ad ius de non appellando trahi poſſe. Verum enim vero ius de non appellando electori & ducibus ſaxoniae illimitatum etiam in terris nouiter acquiſitis omnino competit, b) & Iohannes Georgius II. elector ius de non appellando *Obiectio I.*

 ſibi

ſibi, in pactis prioribus ſtabilitum & reſeruatum non tam ceſſit, quam fratri Auguſto ab eodem ſanguine prognato eiusque ſucceſſoribus remiſit, quo ipſo obmotum dubium ius aſſertum non feriet.

a) BERGER *ad* COCCEII *iur. publ. prud. in append. ſub B. de non ceſſibili iuris de non appellando qualitate. p.* 714.

b) *vid. §. XI. ſupra.*

§. XIV.

II. Aliud dubium formari poteſt, quod rex boruſſiae & elector brandeburgicus nouum priuilegium quoad ſummam & cauſſas extenſum, ab imperatore, ratione terrarum nouiter acquiſitarum, inter quas ducatus magdeburgicus eſt, impetrauerit, a) proinde ius de non appellando terras, magdeburgenſi quondam archiepiſcopatui exemtas, appellationem ulteriorem retinuiſſe, quia ab archiepiſcopo magdeburgenſi quoad certam ſummam appellari potuerit. b) Cui dubio reſpondetur, archiepiſcopatum magdeburgenſem electori brandenburgico ſaluis vndique ordinum & ſubditorum competentibus iuribus, in ducatum proprium ceſſiſſe c) & ob appellationem ad caeſarem quondam permiſſam, ius de non appellando in tantum impetrari debuiſſe, e contrario terras exemtas in ditione ſaxonica electori, cui ius de non appellando in omnibus terris indiſtincte competit permanſiſſe d) & pactum cum ſtatibus poſtmodum acceſſiſſe. e)

a) LVDOUICI *de ſumma appellabili §.* 12.

b) *vid.* GILHAVSEN *arbor. iud. pag.* 600. PFEFFINGER *ad Vitriar. T. III. p.* 1183.

c) *Inſtrument. pac. art. XI. §.* 11.

d) *Inſtrum. pac. art. XI. §.* 9.

e) *vid. & XII.*

§. XV.

§. XV.

Iam ſequitur forma & modus ſupremae appellationis, ſeu quomodo ius de non appellando in terris querfurthenſibus exerceatur. Diſtinquendum autem eſt inter ſubditos ciuilis & ruſticae conditionis & ſchrifftſaſſicos, (quorum nomen in ſaxonicis terris maxime inualuit. a) Primam inſtantiam habent ciues coram iudiciis ciuitatum & ruſtici coram praefecturis & iudiciis nobilium, vbi beneficio leuterationis coram eodem iudicio gaudent, deinde ad sereniſſimum ſeu ad regimen ducale vlteriusque ipſum ducem ſaxoniae querfurthenſis appellare valent. b) Regimen illuſtre iam ab Auguſto adminiſtratore leucopetrae ad iuſtitiam in terris hereditariis adminiſtrandam conſtitutum, in quo viri illuſtres & celeberrimi munera cancellarii & conſiliariorum a prima conſtitutione huc vsque obierunt, nomine ſereniſſimi ducis, ad quem litterae ſupplices diriguntur, reſcribit. Quando igitur partes grauatae à iudiciis inferioribus ad ſereniſſimum appellant, cauſſa ad regimen defertur, appellatio iuſtificatur, ſententia publicatur. c) Leuteratio contra ſententiam interponitur & vlterius ad ſereniſſimum ipſum appellatur. Schrifftſaſſii vero in hoc regimine primam inſtantiam nanciſcuntur & coram hoc iudicio ordinario conueniendi ſunt, in quorum cauſſis leuteratio contra ſententiam grauantem aegre reiicienda, ſed omnino admittenda eſt, quippe quibus inſtantia quaedam deſit, Poſt remedium leuterationis appellatio ad ſereniſſimum ipſum interponitur, vt iudicem ſupremum in iudicio appellationis, quod conſilio ſanctiori adiunctum

*Modus appellandi ratione regiminis.*

adiun-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-761511-p0029-5

adiunctum floret; Appellatio itaque recepta iuſtificatur, ſententia nomine ſereniſſimi d) publicatur & denuo leuteratio interponi & ad proſecutionem admitti poteſt.

a) ZIEGLER *ad* CALVOL. *§. Schrifftſaſſii.*

b) *Formula appellationis ſolita:* Als will an Ihro Hochfürſtl. Durchl. zu Sachſen-Querfurth und ferner an Dero höchſte Perſon unterthänigſt appelliren. *Prior elocutio appellationem ad regimen & poſterior ad principem ipſum in ſummo appellationis iudicio denotat, appellatio igitur a principe ad principem reuera datur.*

c) *Nomine collegii:* In Appellations-Sachen ꝛc. Erkennen Fürſtl. Sächſ. zur Regierung verordnete Cantzlar, Vice-Cantzlar und Räthe ꝛc. vor Recht.

d) *Formula:* In Appellations-Sachen ꝛc. Erkennen von GOttes Gnaden Wir Johann Adolph, Hertzog zu Sachſen, Jülich, Cleve, Berg, Engern und Weſtphalen ꝛc. vor Recht.

## §. XVI.

*Ratione Conſiſtorii.*

Cum vero ſereniſſimo duci ſummum ius ſacrorum competat in terris querfurthenſibus, quod in ſuperioritate territoriali prae aliis iuribus eminet, a) ſenatus eccleſiaſticus & conſiſtorium in terris querfurthenſibus iura eccleſiaſtica obſeruat, miniſtros eccleſiarum aliosque ad ordinem eccleſiaſticum pertinentes, confirmat & ea, quae ad conſiſtoria principum proteſtantium referuntur, expedire ſatagit. Coram quo iudicio primam inſtantiam habent clerici & cauſſae de rebus & bonis eccleſiaſticis tractantur, reſcripta nomine ſereniſſimi emittuntur, & literae ſupplices ad ſereniſſimum diriguntur, ſententiae vero nomine collegii publicantur, b) leuteratio contra ſententiam interponitur

tur & ad proſecutionem admittitur, poſtea appellatio ad sereniſſimum ipſum ſequitur & cauſſa ad iudicium appellationis defertur, prouti proceſſus in regimine ducali modo deſcriptus eſt.

a) BECHMANN. *d. iurib. ſereniſſ. domus Saxon. th. 1.*

b) *Formula:* Auf Klage ꝛc. Erkennen Fürſtl. Sächſ. zum Kirchen-Rath und Conſiſtorio des Fürſtenthums Sachſen-Querfurth verordnete Director, Räthe und Aſſeſſores zu Weiſſenfels ꝛc. vor Recht.

§. XVII.

*Conſectaria.*

Ex quibus omnibus ſatis abunde conſtat, quod litigantibus terrarum querfurthenſium largiſſima adminiſtretur iuſtitia nec cauſſa conquerendi, ob defectum cognitionis, fingi queat. Quin potius abuſus remediorum ſuſpenſiuorum & deuolutiuorum apertus reiiciendo a) iuſte coerceatur & quotidie incuſetur, cui malo medendo plus quam ſimplici vice deliberatum eſt. Sed via media tutiſſime itur, vt neque actori nimium indulgeatur, neque reo remedia iuris denegentur. Cum vero litigantes eorumque aduocati, de leuteratione vel appellatione reiecta iuſtas aeque ac iniuſtas ſaepe mouere ſoleant querelas: Conſectaria quaedam de admiſſione vel reiectione leuterationis vel appellationis in terris querfurthenſibus, vbi ſecundum ordinationem proceſſus Electoris Ioh. Georgii I. adhuc proceditur, per modum conſilii, non regulae, addamus.

a) *Regimen & conſiſtorium, quando Sereniſſimus ex iudicio appellationis reiecit appellationem, in remiſſorialibus ad iudicem primae inſtantiae, formulam:* Wir ſelbſt haben verleſen ꝛc. *adhibent.*



§. XVIII.

§. XVIII.

I. Iudex leuterationem in dubio admittere poteſt & debet. Ratio, quia leuteratio eſt remedium iuris ſuſpenſiuum ordinarium a) & in priuilegio Ferdinandino pro cauſſa mouente expreſſe allegatur. b) Deinde partes litigantes compendium litis & expenſarum faciunt, quando illis conceditur, vt cauſſa coram eodem iudice, minoribus ſumtibus iterum examinetur. Nec obſtat, quod iudex alteram partem per admiſſam leuterationem nouis ſumtibus grauare & litem protelare videatur. Etenim ſententia reformatoria & confirmatoria declarationem continens, vel expenſas compenſans, iudicis factum approbat & grauamina maximi vel alicuius momenti fuiſſe indicat; quodſi vero grauamina irreleuantia deprehenduntur, leuterans in expenſas retardati proceſſus condemnatur & leuteratum praeſtat indemnem. Immo quarto iudex leuteranti, ad pruritum litigandi retundendum, ante admiſſionem leuterationis iuramentum malitiae imponere poteſt. c)

II. Leuteratio contra mere interlocutoriam, veluti ob exceptionem fori incompetentis d) vel libelli vitioſi e) neglectam quandoque recte admittitur. Iure ciuili ab interlocutoria appellare regulariter non licuit, *L. 2. π. d. Appell. L. 2. C. 3. Epiſc. aud.* ſed quia iure canon. appellatio etiam ab interlocutoria grauante quacunque, tam mera, quam mixta, admiſſa eſt, *c. 12. X. d. Appell. & Clem. 5. eod.* f) quod in materia proceſſus ſequi ſolemus, eadem in leuteratione, quae cum appellatione coincidit, ſeruanda ſunt.

III. Leuteratio contra ſententiam interlocutoriam,

am, quae grauamen irreparabile continet, vel vim definitiuae habet ex eadem ratione maximopere admittenda. Exempla ſunt in promtu, quando teſtes a teſtimonii dictione vel documenta a recognitione improbantur. g)

IV. Leuterationem contra definitiuam admitti nullum eſt dubium, id quod ad cauſſas executiuas & poſſeſſorii ſummariiſſimi extendi poteſt. Ratio: Ne pars grauata de denegato iuris remedio iuſte conqueri neceſſe habeat.

V. Eadem quae in recipienda leuteratione obſeruanda ſunt in appellationibus recipiendis locum ſibi vindicant. Adeo vt appellatio a ſententia interlocutoria mixta, & definitiua non reiicienda ſed ad iuſtificandum pro re nata & in dubio admittenda ſit. Quia appellatio, vt remedium iuris ordinarium deuolutiuum, fauorabilis eſt h) & ad principem imperii vi ſuperioritatis deuoluitur. Ea vero quae ſunt de iure permiſſorum omnibus competunt niſi prohibeantur. *l. 43. ff. d. Procur.*

VI. Remedia leuterationis & Appellationis non ſolum eo vsque donec tres ſententiae conformes immediate i) ſequuntur, ſed etiam poſt tres conformes recte admittuntur. Iure quidem ciuili appellatio contra ſententiam bis confirmatam non conceditur, *L. vn. C. Ne lic. in vna ead. cauſſa tert. prouoc.* Sed haec diſpoſitio ceſſat quoties ſententia tertia nouum grauamen infert, nec tres conformes immediate ſequuntur. Deinde *lex vn.* allegata neque in camera imperiali, neque in

 ſaxo-

ſaxonia obſeruatur, & priuilegium Ferdinandinum plurium quam trium conformium meminit. k)

VII. Vbi vero leuteratio vel appellatio nullo modo admitti poteſt, illa merito reiicienda; Quoniam vero pro remediis ſuſpenſiuis praeter opinionem longius, quam inſtituti ratio poſtulaſſe videtur, pugnauimus, ratione reiectionis ad *t. t. π. d. appellat. recip. vel non.* eiusque commentatores nos remittimus.

a) *Ord. Proc. Sax. tit. 35. §. 1.*

b) *In verbis:* Zudem hatten auch vor vielen Jahren und über Menſchen Gedencken, ſeine Liebd. und deren Vorfahren, die Churfürſten aus Sachſen, viel unterſchiedliche Gerichte in ihren Landen angeordnet und gehalten, die auch ſeine Liebd. und die andern Fürſten nochmahls alſo hielten, und dergeſtalt angeſtellt wurden, daß ein jeglich Amt oder Stadt ſein ſonderlich Recht hat, für welchen die Sachen erſtlich durch die Parthien angefangen und klaghafft gemacht werden, und wann alsdann von demſelben Richter ein Urthel geſprochen wird, dem, ſo ſich des Urtheils beſchwehrt findet, nachgelaſſen, (über beſchehene Läuterung und ander Läuterungs-Urtheil, ſo in ihrer Lbden Landen gebräuchlich) an ein ſonderlich Ober-Gericht, das Hof-Gericht genannt, und von dannen an die Chur- und Fürſten zu Sachſen ſelbſt zu appelliren, und ergienge alsdann erſt in ihrer Lbden, als der Chur- und Fürſten Namen, das vielfältige fernere Haupt-Urtheil, daß alſo krafft dieſer Verordnung, die weit und wieder Prouocation, auch nach Verſehung gemeiner beſchriebenen Rechten, nicht zuläßig ſeyn könte. Da auch gleich der Parthien Sachen erſtlich in prima inſtantia, und alſo immediate an der Chur- und Fürſten zu Sachſen Hof anhängig, und in Ihrer Lbd. Namen ein Urtheil darauf eröffnet würde, ſo hätte doch abermahls die Parthey, ſo ſolch Urtheil und Erkäntniß anfechten wolt, gnugſame und überflüßige remedia darzu, nemlich, daß ſie gleicher geſtalt, als obgemeldt, eine

ne Declaration oder Erläuterung deſſelben Urtheils innerhalb gebührlichen Friſt, nemlich zehen Tage nach Eröffnung deſſelben, bitten, und die Urſachen, warum ſie ſich derſelben beſchweren, anzeigen möchten. Darauf werden alsdenn die vorige Acten, und was eine iegliche Parthey zu ihrer Nothdurfft in ſolcher Läuterungs-Inſtanz ferner einbracht, wiederum auf das neue reuidirt, und ein Urthel darauf mit gehabten Rath der gelehrten und erfahrnen Land-Räthe zum andernmahl geſprochen, auf welches abermahls eine Ober-Läuterung eingebracht, und alſo tertia reviſio gebeten werden möchte, auf welche auch ein Urtheil ergehen müſte, daß alſo durch Mittel des Ubereilens ſich einige Parthey nicht zu beſchweren oder zu beklagen, daß ſie mit ihrer Nothdurfft nicht gehöret würde.

c) *O. P. S. tit. 33.*

d) *Licet igitur iudicium in caſu K. contra* die Gemeinde A. *reum in expenſas termini per decretum condemnaſſet & leuterationem reieciſſet, attamen ſententia* Wittebergenſium *reum, ob repetitam in termino ſequenti exceptionem fori, non attento iudicato, ab actione abſoluerunt & actorem in expenſas condemnavere.*

e) *Iudicium quoddam decretum publicauit:*

Daß B. nach anderweit vorgehender Ladung zu erſcheinen, über die libellirten Koſten ſich ſummariſch einzulaſſen und zu antworten, auch den deferirten Eid zu acceptiren oder zu referiren ſchuldig, und werden die Unkoſten aus bewegenden Urſachen compenſiret.

*quod reiecta leuteratione & miſſa aduocato deſuper exprobratione, in rem iudicatam tranſiit. In termino ſequenti repetit reus exceptiones & litis conteſtationem ſubiungit, ICti Ienenſes exceptiones contra libellum tacite praetereuntes pronunciant:*

Und weil Beklagter auf die Klage geantwortet, und derſelben nicht allenthalben geſtändig, ſo iſt deſſen Principal darüber ſein Gewiſſen ꝛc. zu eröffnen, pflichtig.

*ex ratione decidendi, quia decretum ſupra relatum in iudica-*

 *tum*

tum transiiſſet, ſed leuterationem interpoſitam, mutatis iudicii perſonis receptam, inſequebatur ſententia ICtor. Lipſienſium:

Nunmehro aus denen Acten ſo viel zu befinden, daß Klägers Suchen N. 3. und 4. nicht ſtatt hat.

caſus anno 1731. ventilabatur.

f) BOEHMERI *ius digeſt. tit. d. Appell. §. 11.*

g) TRENTACINQV. *L. II. Reſol. d. Appell. Reſ. 13.*

h) KNICHEN *d. ſax. non prouoc. iure & priuil. c. 2. n. 162.*

i) *Poſt duas conformes quando intercedit reformatoria & duarum confirmatoria accedit, non ſunt tres conformes immediate ſequentes.* TRENTACINQV. *l. 1. Reſ. 15.* LYNCKER. *Deciſ. 242.*

k) LAVTERBACH. *compend. iur. d. Appell. p. 723. vid. omnino* REINHARD. *ad* CHRISTIN. *Deciſ. Obſeruat. 12. quod opus ſub prelo iam deſudat.*

§. XIX.

*De Ober-leuteratione.*

Vnicum adhuc reſtat, vtrum Ober-leuteratio rebus ſic ſtantibus obtineat? equidem Ober-leuteratio in ſummo appellationum iudicio regio-electorali & regiminibus ducum ſaxoniae lineae Erneſtinae ſaltem locum habet, quando cauſſa in illis iudiciis, omiſſis curiis, immediate ventilatur. a) Qua propter in cauſſis deuolutis regulariter exulat; attamen caſus exiſtere poſſunt, eosque extitiſſe memini, quod Ober-leuteratio, ob grauamen prioribus ſententiis nouiter additum, admiſſa fuerit.

a) *In principum anhaltinorum regiminibus* Ober-*leuteratio admittitur, cum partes appellationi ad iudicia imperii renunciant. ord. proc. anhalt. tit. 15.*

§. XX.

Suprema ad ducem ſaxoniae querfurthenſis appellatio hactenus explicata ob temporis penuriam plura perſequi non permittit, ſed pleniorem diſcuſſionem

in

in commodius tempus differre iubet. Sufficit iudicibus & aduocatis exteris in delineando appellandi modo vel paucis gratificaſſe maxime namque intereſt formam iudiciorum in prouinciis habere cognitam; Abſit vero quam maxime offenſio, quae ex prolatis effingi queat. Ad Deum ſummum orbis imperantem iam ſubmiſſe prouoco & appello, vt sereniſſimo IOHANNI ADOLPHO vitam longaeuam cum ſanitate mentis & corporis vegeta & proſapiam maſculam ex FRIDERICA perennantem & ſtatibus ſubditisque querfurthenſibus ſtatorem perpetuum donare velit, cui Numini pro praeſtita gratia gratias exſoluo maximas.

TANTVM.

# COROLLARIA.

I. Dos & alimenta filiabus nobilium ex feudis debentur, non attento allodio.

II. Teſtamentum ruſticum coram iudice pagano ſcabino & ludimagiſtro conditum ſubſiſtit.

III. Appellatio per ſaltum facta pro deſerta declaratur.

IV. Doctores & Licentiati promoti ob iura nobilium iudici loci merito eximuntur & regimini principum immediate ſubſiſtunt.

V. Princeps iudici inferiori ius praetenſum negans actione negatoria agit.

*Appen-*

# *Appendix.*

## FVNDATIO BEVERINA.

*In Nomine Sanctiſſimae & indiuiduae Trinitatis Amen!*

Ego Martinus Beuerinus, ſeu Beuer natus in pago glauau, diſtrictus ierichouienſis in archi-dioeceſi magdeburgenſi, ex Luca Beuer, miniſtro lutherano ibidem, & Eliſabetha Schuddeleffels eius coniuge an. 1625. die 5. ianuarii ſtili veteris, notum facio omnibus & in omnium hominum notitiam peruenire cupio, quorum intereſt, vel intereſſe poteſt, quomodo & qua ratione die & anno adſcripto tale & eiusmodi emiſerim ac Deo O. M. nuncupauerim votum, quod de verbo ad verbum ita ſe habet: Angele, cuſtos mi ecce cor meum, quid ſim facturus, de bonis temporalibus meis dabo omnia, quae modo poſſideo, pro fundatione, vt iuuenes mei conſanguinei hildeſii vel alibi apud catholicos poſſint ſtudere ad ſuam conuerſionem, augmentum eccleſiae & bonum patriae. Tu, ſi domino Deo placet, adiuua hoc meum votum ſaepe a me factum & renouatum anno 1659. d. 15. Febr. Maledictus qui hoc meum votum impedit vel deſtruit.

§. IV. Elocatis quolibet anno centum imperialibus pro augmento huius fundationis Beuerinae & accepto ſalario, praefato modo vt dictum n. 1. 2. & 3. cum tempore, quod ſuperat, quolibet anno expendatur in iuuenes meae conſanguinitatis, qui volunt ſtudere in ſcholis romano catholicis & de-

deſcendunt a fratribus ac ſororibus meis tamquam meis legitimis haeredibus quibus adiungo deſcendentes ab auunculo meo Martini Schuddeleſſel, fratres & ſorores inferius nominabo.

§. V. In initio huius meae fundationis Beuerinae tempus docebit, quantum poſſit dari eiusmodi ſtudioſo iuueni ſtudioſo & quantumuis cum tempore excreſcat haec mea fundatio, volo ne vnquam dentur alicui ſtudioſo vltra quinquaginta imperiales vno anno, nec vt aliquis iuuenis fruatur beneficio huius fundationis vltra decennium. Ille autem iuuenis ſtudioſus, qui vult annuum ſubſidium accipere, ab executoribus huius meae fundationis ipſis afferat teſtimonium vel à confeſſario romano catholico vel a magiſtro ſeu profeſſore romano catholico.

§. VI. Volo quoque eos eſſe obligatos dicere quolibet die pro ſalute animae meae & meorum duos pſalmos poenitentiales LI. miſerere mei Deus & CXXX. de profundis clamaui ad te.

§. VIII. Fratres mei ſunt Iohannes Beuerinus, miniſter lutheranus in pago Vellau prope boizenburg, quod eſt oppidum magalapol. Matthias Beuerinus, ſartor in burg, oppido tribus milliaribus diſtante magdeburgo. Fratres vterini ſunt Sâlomon Lenz & Clemens Lenz. Sorores vterinae ſunt, Maria Guſſau, nupſit Chriſtiano Kesler praedicanti in principatu anhaltino, & Anna Vrſula Lenzen nupſit Andreae Wilken in oppido burg. Ex his atque auunculo ſuperius nominato deſcendentibus, volo, vt qui cognomen habeat Beuer vel Beuerinum aliis praeferantur, ac illis, qui nati ſunt ex parentibus haereticis praeferantur ii, qui nati ſunt ex parenribus catholicis, ſi qui per gratiam Dei conuerterentur.

§. X. Si vero meorum aliquis huc fundationi obſtiterit, exheres ſit, quousque a ſe datum reſarciat, id eſt, ipſe & heredes eius a mea fundatione exheredantur, quousque damnum illud reſarciatur, ſi malitioſe datum ſit.

§. XIV. Poſito autem caſu inſperato, quod mei praefati conſanguinei in hac haereſi tam eſſent obſtinati, vt negligerent uel contemnerent hanc meam fundationem, in illorum tali caſu inſerato, volo, vt quicunque oriundi ex dioeceſi magdeburgenſi, praecipue autem ex diſtrictu Ierichouienſi, illis ſubrogentur ab executoribus huius fundationis Beuerinae.

Vt autem inſtrumentum huius meae fundationis Beuerinae eo maius pondus & robur habeat, illud pro maiore notitia propria manu ſcripſi, ſubſcripſi & ſigillo meo muniui. Actum Vörſtae die vigeſima quinta iunii altera ſc. poſt natalem Iohannis Baptiſtae anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo, anno ſexto mei paſtoratus vörtenſis. Reuidi & correxi anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio, die duodecimo nouembris. Et hoc meum vltimum chyrographum valere volo.

(L.S.) Martinus Beuerinus.

Quaeritur ergo: Num ſtipendium Beuerinum auctori diſſertationis praeſentis ex Maria Guſſouia, Chriſtiani Kesleri coniuge §. VIII. nominata deſcendenti nepoti auguſtanae confeſſioni addicto, qui in academia erfordienſi ex profeſſoribus catholicis & proteſtantibus mixta in doctorem promouit, iure conferendum ſit?

Queſtionem affirmamus & reſponſo illuſtris facultatis iuridicae Erfordienſis ſequenti confirmamus.

Als uns derſelbe eine facti ſpeciem nebſt abſchrifftl. Beyfügung weyland Martini Beuerini geweſenen Catholiſchen Pfarrers zu

zu Vörſten im Hoch-Stifft Hildesheim hinterlaſſener Diſpoſition, ſub tit. A. und ſechs Fragen zugeſendet und unſere rechtl. Belehrung ſich darüber ausgebeten, ſolchemnach erkennen wir nach fleißiger derſelben Verleß- und collegialiter gepflogener Erwegung vor Recht: Hat erwehnter Pfarr Martinus Beuerinus Anno 1673. angeſchloſſene Diſpoſition gefertiget und darinnen unter andern §. IV. verordnet: daß von demjenigen, was nach Abzug des §. II. & III. geordneten Salarii derer Executorum und Adminiſtratoris, auch jährlichen Augment des Capitals à 100. Rthlr. übrig bliebe deſſen von denen in §. 8uo benannten Geſchwiſter abſtammende ſtudirende Verwandten nach Maaßgebung des 5ten §. jeglicher alle Jahr 50. Rthlr. auf zehn Jahr lang zu genieſſen haben ſolle, jedoch dergeſtalt, daß ein ſolcher Percipient Inhalts des Prooemii und §. 4ti der Diſpoſition in Römiſch Catholiſchen Schulen, ad eorum conuerſionem, augmentum Eccleſiae & bonum patriæ ſtudiren, demnächſt von einen Römiſch-Catholiſchen Beicht-Vater dergleichen Magiſtro oder Profeſſore dominis executoribus ein Zeugniß exhibire und iuxta §. VI. alle Tage pro ſalute animae teſtatoris & ſuorum zwey Buß-Pſalmen als den 51. und 130ten zu beten ſchuldig, wiedrigenfalls aber ſelbige nach den 10den §. gäntzlich enterbet ſeyn ſolten. Da nun Hr. Querent. unter ſothanen Anverwandten des defuncti Beuerini ſich befindet und von deſſen Schweſter Marien Guſſauen, ſo an deſſen Groß-Vater Chriſtian Keslern verheyrathet geweſen, abſtammet, niemahlen aber von dieſer Fundation, auſſer was er kaum vor einigen Jahren von Hrn. D. Lenzen davon erfahren und Copiam erhalten, etwas gewuſt, indeſſen aber ſeine Studia auf Evangeliſchen Schulen und Vniuerſitäten bereits abſoluiret, und nunmehro in Anhalt-Zerbſtl. Dienſten ſtehet, anbey der Augſpurgiſchen Confeßion zugethan iſt, immittelſt aber niemand von dieſen Capital ſo auf viele tauſend Rthlr. nunmehro angeſtiegen ſeyn müſſe, etwas genoſſen: So will derſelbe über nachſtehende Fragen von uns im Rechte belehret ſeyn, und zwar ꝛc. ꝛc.

Quaeſt. 2. Ob die Conditio wegen Annehmung der Catholiſchen Religion, Studirung auf Catholiſchen Vniuerſitäten und anderer, nach Catholiſchen principiis beſchehener iniunctorum, in Anſehung eines der Evangeliſchen Religion zugethanen Anverwandten, dergleichen Herr Quaerent iſt, ſtatt haben und wenn er die Vermächtniß genieſſen will, zu erfüllen ſchuldig, oder ob er nicht vielmehr ſolche condition, als contra leges facta & pro moraliter impoſſibili, folglich pro non adiecta zu halten, mithin Herr Quaerent zur perception derer jährlichen 50. Thaler ſchlechterdings auf 10. Jahr noch zu admittiren ſey?

Quaeſt. 3. Ob nicht, wenn vor Recht erkannt werden ſolte, daß der percipient praeciſe auf Catholiſchen Vniuerſitäten ſtudiret haben müſſe, Herr Quaerent ſolches, da er ſeine Studia bereits abſoluiret und ſchon in Dienſten ſtehet, von der Fundation aber nur kürtzlich Nachricht erhalten, durch eine auf einer Vniuerſität, allwo Profeſſoris Catholici ſind, vorzunehmende Promotion in Licentiatum vel Doctorem noch erfüllen könne, mithin zur Beueriniſchen Erbſchafft zu admittiren, oder wenigſtens die 10. jährige Intereſſen à 50. Thaler haben müſſe.

Die zweyte Frage betreffend will es zwar das Anſehen gewinnen, daß deren erſteres membrum ſchlechterdings zu affirmiren, das letztere aber negatiue zu beantworten ſey, in Erwegung die jährliche penſion à funffzig Rthlr. des teſtatoris Anverwandten nicht pure, ſondern unter der deutlichen reſtriction und condition ad ſtudia verſchaffet worden, wann ſie auf einer Römiſch-Catholiſchen Vniuerſität oder Schule ad eorum conuerſionem, augmentum eccleſiae & bonum patriae ſtudiren, nicht weniger von denen Confeſſionariis eiusdem religionis beglaubte Atteſtata deshalber produciren, auch täglich pro fundatoris anima ſuorumque ſalute dem 51ten und 130ſten Buß-Pſalm beten würden. In dieſer Entſtehung dieſelben enterbet

erbet ſeyn ſolten, alſo da Herr Quaerent dieſe conditiones in keinen eintzigen Stücke, ſelbſt eigener Geſtändniß nach, erfüllet, die funffzig Thaler nothwendig hinweg zu fallen ſcheinen, cum conditione non impleta euaneſcat diſpoſitio.

*L. 10. ff. d. condit. & demonſtr.*

LAVTERBACH. *Colleg. Pract. l. 28. tit. 7. §. 7.*

Und obwohl ſoviel das andere membrum der Frage anbelanget, in theſi auſſer Zweiffel iſt, quod conditiones moraliter impoſſibiles ſeu turpes diſpoſitionem non vitient, quin potius eiusmodi conditiones ipſo iure vitientur & pro nullis & non adiectis habeantur, & diſpoſitio pure facta eſſe cenſeatur.

*L. 3. L. 6. §. 1. & L. 20. ff. de condit. & demonſtrat.*

Dennoch ſolches auf gegenwärtigen caſum keine application zu finden ſcheinet, in Erwegung die Verwechſelung der Evangeliſchen Religion mit der Römiſch-Catholiſchen, welche der Pfarr Beuerinus bey Errichtung ſeiner Fundation intendiret, inter res turpes & moraliter impoſſibiles an ſich ſelbſt um ſo weniger zu achten, als die Catholiſche Religion ſelbſt nach denen Reichs-Fundamental-Geſetzen pro turpi ex parte Proteſtantium nicht gehalten werden mag, folglich auch die conditio amplectendae religionis pro turpi & legibus prohibita nicht anzuſehen,

de BVCKISCH *ad Inſtrum. Pac. Weſtphal. Art. V. §. 35. obſ. 97.*

und wenn auch gleich dieſe intendirte Religions-Veränderung an Seiten derer Beueriniſchen Evangeliſchen Anverwandten und Herrn Quaerentens vor bedencklich, und als eine Sache, ſo wider ihr Gewiſſen lauffe, angeſehen werden will, dennoch es nicht ſowohl darauf als vielmehr auf die Meynung des diſponentis ſelbſten, welcher dieſe annectirte condition auf Catholiſchen Vniuerſitäten zu ſtudiren, und mit Verlaſſung der Evangeliſchen ſich zur Catholiſchen Religion zu bekennen, nach ſeinen

Gewiſſen vor gerecht und nicht vor ſchänd- und ſündlich gehalten, anzukommen ſcheinet, welchenfalls bekannt, quod licet conditio impoſſibilis in vltimis voluntatibus habeatur pro non ſcripta, tamen, ſi teſtator credidit eam eſſe poſſibilem, conditio non reiiciatur, ſed ipſam potius diſpoſitionem vitiet.

*L. 58. ff. de condict. indebiti.*

*Mantica de coniectur. vltim. volunt.*

*L. 2. tit. 10. n. 6. & 7.*

Welchemnach in derer Evangeliſchen Anverwandten des Pfarrers Beuerini Willkühr beruhet, ob ſie nach deſſen intention die Religions-Veränderung reſoluiren und zu dem Ende Catholiſche Vniuerſitäten und Schulen frequentiren, oder in deſſen Entſtehung des legati derer jährlichen 50. Rthlr. ſich ſelbſt verluſtig machen wollen.

Alldieweilen aber dennoch eine im Römiſchen Reiche zugelaſſene Religion ſpe lucri mit der andern zu verändern, oder jemanden ex eodem capite zu dergleichen Religions-Veränderung zu veranlaſſen oder zu verleiten, pro actione turpi, inhoneſta, bonis moribus & conſcientiae refragante, allerdings zu halten, folglich dergleichen conditio mutandae religionis, welche einer Erb-Einſetzung, Vermächtniß, fideicommiſſ oder andern letztern Willens-Verordnung annectiret wird, nicht minder pro turpi & moraliter impoſſibili, conſequenter pro non adiecta anzuſehen.

NICOL. HERTIVS *de ſuperiorit. territ. §. 13. n. 2. Tom. II. opuſc. p. 218. & 219.*

Dn. BOEHMER. *Iur. Eccleſ. Proteſt. L. 3. Diſſert. praelim. de iure circa libertatem conſcientiae §. 51.*

KNIPSCHILD. *de fideicommiſſ. famil. cap. 6. n. 407. ſeqq.*

THOMASIVS *Praefat. ad* HVBERI *poſition. ad ff.*

CARPZOV. *dec. 89.*

SCHIL-

SCHILTER. *Exerc. 38. §. 100.*

MYLER. *ad* RVMELIN. *P. 3. Diſp. 6. coroll. 2.*

LAVTERBACH. *Coll. Pract. ad ff. L. 35. tit. 1. §. 1. cum pluribus ibi allegatis Dd.*

Denn aus dem Prooemio und völligen Zuſammenhang der quaeſtionirten Diſpoſition ſich ſattſam veroffenbaret, daß des Teſtatoris hauptſächliche und einzige Intention dahin gerichtet geweſen, deſſen Anverwandten von ihrer bisherigen Religion durch dieſes Vermächtniß derer jährlichen funffzig Thaler, ab- und zu Annehmung der Catholiſchen zu bringen, welches in Anſehung des darunter ſteckenden lucri & intereſſe pecuniarii, an Seiten des Legatarii oder Fideicommiſſarii, wenn er um deßwillen, wie vermuthlich, ſeine bisherige Religion changiret, denen Regulis honeſtatis & conſcientiae allerdings zuwider, nach welchen er anderergeſtalt nicht, als ohne dergleichen intereſſirte Neben-Abſicht, durch gründlicheUberzeugung, daß ſeine bisherige Religion falſch und irrig, eine andere annehmen kan. Quodſi enim religio, ad quam inſtitutio heredis aut legatum inuitat, eſt vera, heres & legatarius tamen, cum parent, ſimoniam committunt, ſin vero falſa, duplici nomine peccant, partim, quod ad falſam religionem deſciſcant, partim quod ſpe lucri id faciant,

Reichs-Hof-Rath von BERGER *Oeconom. iur. L. 2. tit. 4. §. 13. not. 7. p. 367.*

CASP. ZIGLER *Diſſ. inaug. d. conditionibus ſub praeſidio* RICHTERI *habita §. 76.*

Worwider nichts thut, was in rationibus dubitandi in contrarium angeführet worden, immaſſen zwar ein iedweder heres, legatarius oder fideicommiſſarius die ihm iniungirten conditiones poſſibiles, dafern er das Legatum oder Fideicommiſſum erhalten will, nach dem Willen des Teſtatoris zu erfüllen, oder deren exiſtenz zu erwarten verbunden iſt, welches ſich aber ad conditiones impoſſibiles & turpes nicht erſtrecket, als welche

che vielmehr in vltimis voluntatibus pro non adiectis zu halten, ita, vt legatum vel fideicommiſſum non minus debeatur, ac ſi pure relictum fuerit,

*§. 10. Inſtit. de hered. inſtit.*

*§. fin. Inſtit. de Legat.*

Und ob zwar ferner der Catholiſchen Religion zugethan zu ſeyn, oder von der Evangeliſchen zur Catholiſchen überzutreten keines weges pro actu turpi vel legibus prohibito zu halten, dennoch ein anders iſt, intuitu lucri vel intereſſe pecuniarii & non ſolo conſcientiae ductu zu dergleichen Veränderung verleitet werden, oder ſich verleiten laſſen, conditiones enim, quae rem ſacram aere nundinantur aut eandem procurant, turpes ſunt, & ſimoniam committit, qui aliquem ſpe lucri inuitat in ſpiritualibus,

ZIEGLER. *cit. diſſertat. de condit. §. 78.*

Und wenn auch gleich endlich die conditio mutandae religionis legato vel fideicommiſſo adiecta an Seiten des Diſponentis pro lege impoſſibili & turpi nicht geachtet worden, mithin das ex Mantica in rationibus dubitandi angezogene principium, quod conditio, quam teſtator credidit poſſibilem, pro non adiecta non habeatur, ſeine Richtigkeit haben ſolte, dennoch eines Theils iuxta eumdem

MANTICAM *cit. tract. de coniectur. vltim. volunt. L. 2. tit. 10. n. 9.*

dieſes principium ſodann nicht ſtatt finden kan, quando ex tali opinione teſtatoris illud ſequitur, quod in ſe iuris & quod idem eſt, bonis moribus & honeſtati contrarium eſt, andern Theils auch bekannt, quod conditio: *ſi diuortium fecerit*, legato adiecta pro turpi ac conſequenter non ſcripta haberi debeat, etiamſi teſtator eam licitam & poſſibilem eſſe crediderit.

*L. 5. C. d. inſtit. & ſubſtit.*

Und

Und dannenhero ex eodem principio die conditio: *ſi legatarius iurauerit*, pro turpi & non adiecta, etiamſi teſtator eam poſſibilem & licitum eſſe putauerit

*in L. 8. pr. ff. d. condit. inſtit.*

gehalten wird, addita decidendi ratione: Ne is, qui ſub iuriſiurandi conditione quid accepit, aut omittendo conditionem perderet hereditatem, legatumue aut cogeretur turpiter accipiendo conditionem iurare, ohnerachtet conditio iuriſiurandi, ſi hoc de re honeſta iniunctum fuerit, non niſi ex accidenti poſſit fieri turpis, quatenus quis ideo tantum iurat, vt relictum conſequatur, citra animum exequendi id, quod facturum ſe, iurauit

CASP. ZIGLER *Diſſ. d. Condit. §. 76.*

ſo halten wir dafür, daß Herr Quaerent, ohnerachtet er der Evangeliſchen Religion zugethan verblieben und auf keiner Catholiſchen Vniverſität ſtudiret, noch die Buß-Pſalmen pro anima defuncti täglich gebetet, dennoch zur perception derer jährlichen funffzig Thaler auf zehen Jahr lang zu admittiren ſey.

Gleichwie nun hieraus zugleich die dritte Frage ihre Erledigung bekommet, daß Herr Quarent, weilen conditio appoſita pro non ſcripta zu achten ſchlechterdings zur perception derer zehenjährigen funffzig Thaler, ſo zuſammen 500. Rthlr. ausmachen, zuzulaſſen, zumahlen er auf Proteſtantiſchen Vniuerſitäten verſchiedene Jahre dem Berichte nach ſtudiret und ſeine Studia dergeſtalt abſoluiret, daß er bereits zu Fürſtl. Dienſten in Zerbſt gelanget, auch eine Ordinari-Aduocatur bekleidet, und den Gradum Doctoris auf einer Vniuerſität wo zugleich der Römiſch-Catholiſchen Religion zugethane Profeſſores befindlich, anzunehmen entſchloſſen iſt, da denn ſolcher geſtalt die conditio adiecta in gewiſſer Maſſen und allenfalls per aequi pollens pro ad impleta zu halten. Quotieſcunque enim non ſtetit per eum in cuius perſona adimplenda conditio vel lex aut honeſtas

 im-

implendae conditioni reſiſtit, toties ob aequipollens pro impleta merito habenda.

STRYCK. *de Cautel. teſtament. cap. 16. §. VII. ad n. 5. p. 562.*

überdem auch teſtator im 14ten §pho beſagter Diſpoſition von ſolcher Condition nicht undeutlich ſelbſten abgegangen zu ſeyn ſcheinet. Alſo erkennen wir auf die vierte Frage ꝛc.

Urkundlich haben wir dieſes mit unſern hierbey aufgedruckten Facultäts-Inſiegel bekräfftiget. So geſchehen Erffurt den 24ten Auguſti 1733.

Decanus, Senior und andere Doctores der Iuriſten-Facultät bey der Vniuerſität daſelbſt.

An Herrn Johann Anton Günther Keßlern, Fürſtl. Hof-Aduocatum und Caſſier zu Zerbſt.

Accedit ſententia ICtorum Heidelbergenſium in hac cauſa iam die 6. Iunii 1731. data & d. 31. Iul. eiusd. anni publicata.

In Appellations-Sachen Hrn. Doctoris Lenz, Medic. Pract. in Brandenburg, Appellant an einen, entgegen und wider weyland Martini Beuerini, geweſenen Prieſters zu Förſten p. t. verordneten Teſtamentarien als Hrn. Brewing und Herrn Buchfelds Appellaten, am andern Theil iſt auf vorgehabten Rath auswärtiger Rechts-Gelehrten

für

für recht erkannt: Daß die Herrn Appellaten auf den von dem Herren Appellanten eingebrachten Libellum grauaminum zu folge der darauf ausgegangenen Ladung alles Einwendens ohngeachtet, ſich einzulaſſen und zu antworten, auch die hierbey verurſachte Koſten zu zahlen ſchuldig, wie wir alſo reſpectiuè ſich einzulaſſen und zu antworten, auch zu zahlen ſchuldig, und gehalten zu ſeyn erkennen, V. R. W.

Vbi in Rationibus decidendi: Immittelſt derſelbe durch ein Erffurthiſches Juriſten-Facultät Reſponſum ad Acta prioris inſtantiae beygebracht, daß ihme, non obſtante Religione, das Legatum quaeſt. angedeyen müſſe ꝛc.

ULB Halle 3
005 361 192

vD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-761511-p0050-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-761511-p0051-3

1740,3 38a 12

SERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA,

DE

# REMA AD DVCEM ONIAE QVERFVRTHEN-IS APPELLATIONE,

QVAM

NVMINIS DIVINI PRAESIDIO

EX CONSENSV ET AVCTORITATE

VTAE FACVLTATIS IVRIDICAE

IN PERANTIQVA HIERANA,

PRO

S AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

OBTINENDIS

PLACIDO EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR

NNES ANDREAS KESLERVS,

COSVIGA-ANHALTINVS,

DVC. SAX. QVERF. ET WEISSENFELS. IN CAVSSIS

MERAE PROCVRATOR ET REGIM. ADVOCATVS

ORDINARIVS.

VDITORIO IVRIDICO COLLEGII MAIORIS

HORIS CONSVETIS.

*DIE I. DECEMBR. M DCC XL.*

*ORDIAE,* Typis HERINGII, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-761511-p0052-9